



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

Quomodo rex Christus moderetur nunc regnu[m] suum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

Quomodo rex Christus moderetur CAP. 32.
nunc regnum suum.



Christus verè Deus & homo, regnat & imperat pari gloria & potentia cum patre: quod nobis ingerit scriptura dicens illum sedere ad dexteram patris. Nam sedere regum est & iudicium. Dexteram autem signat potentiam, Psal. 43. Brachium eorum non saluabit eos: sed dextera tua, id est potentia, huic potentiae omnia sunt subiecta. Matt. 28. Ephes. 1. & Hebr. 1. Ipse cum patre & spiritu sancto omnia sustinet, Hebr. 1. & Col. 1. Is noster summus pontifex & rex verus Mechisedech obit munus pontificis fidelis, omnes nostras causas assumit & pertractat coram patre, cui immolat assidue nostra sacrificia, dona, preces, &c. Id genus stat assidue ante vultum Dei pro nobis, Heb. 9. cui offert suam passionem, plagas, sanguinem: orat, intercedit pro nobis medius sequester, nobis perpetuo benedicat. Illius victima perpetua, qua nos mundat & sanctificat, Ioan. 17. Ego pro eis sanctifico me ipsum, id est, immolo ut

DE REGNO

sancti sint is noster pontifex vnicus noster doctor est qui per spiritum sanctum, & verbum suum nos semper docet, largitur doctores veros, fidos & synceros, quos docet scientiam doctorū, de qua, Sap. 10. & Prouerb. 30. accumulatur eos suis donis. 1. Cor. 12. & Ephe. 4. Tuetur ab omni malo, Matth. 10. Nolite timere, capilli vestri capitis omnes numerati sunt. De suis predicatoribus dicit, Ioan. 18. Sinite eos abire. Pro eis rogat patrem: nō rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. Cerne (quæso) quomodo tutatus est eos. Act. 4. 5. 12. 18. Is est qui baptizat, qui vngit, qui consecrat diuinissimum sacramentum, qui absoluit à peccatis, qui iungit matrimonia. Quod (inquit) Deus coniunxit, homo non separet. Nos autem sumus duntaxat ministri Christi, & suorum sacramentorum. Agit & munus regium assiduè in rem nostram. Nam nullo indiget, nullam vtilitatem accipit à suis, nudos suscipit, esuriētes. Luc. 1. ca. & Esa. 61. Euangelizare pauperibus misit me, non quærit fortitudinem, sanctitatem, sapientiam, sed dat, 1. Cor. 1. & 4. Quid enim acciperent; abs rege, si ista haberent? Non

Sapient. 10.

Pro. 30.

1. Cor. 12.

Ephe. 4.

Matth. 10.

Ioan. 18.

Act. 4. 5. 12
18.

Luc. 1.

Esa. 61.

1. Cor. 1. &

4.

enim (inquit) veni vocare iustos, sed peccatores. Res est illi cū cæcis claudis, &c. Mat. 22. Regnum siquidem eius & gloria regni abscondita sunt. In hoc mundo sub ignominia, diuitiæ sub paupertate, gaudiū sub tribulatione, vita sub morte. idq; fide quæ nititur verbo Dei, quæ rex Christus non gubernat, innumeris est obnoxius tyrannis, durissima necessitate & angustia præssus à diabolo, peccato, carne, inferno, maledicto legis, morte, mala conscientia, in timore mortis inferni, iudicij. Dabit (inquit) tibi Dominus cor pauidum. *Leuit. 26. & Deuter. 28.* At qui fide suscipit Christum regem, gaudet. *Leuit. 26. Deut. 28. Romanorum 5. & 14. Gala. 5.* Nihil timēs, sciens regem suum dominatorem mortis, vitæ, peccati, inferni, diaboli, gratiæ cæli, &c. qui venit vt nos liberaret ab innumeris tyrannis, & solus nos regeret, faceretque sui similes filios Dei, *Ioan. 1. hæredes, Rom. 8. puros à peccato liberos, potentes & beatos.* Nam est rex gratiæ, vitæ, fœlicitatis, qui nos suauissimè regit gratia & spiritu qui non solum nos liberauit à tyrannis, mundo, peccato, diabo. morte, inferno, & agit regem nostrū, sed etiam

*Matt. 9.**Leuit. 26.**Deut. 28.**Rom. 5. 14.**Galat. 5.**Ioan. 1.**Rom. 8.*

DE REGNO

Rom. 8.

Esa. 40.

Zach. 9.

Matt. 21.

2. Cor. 6.

Colof. 3.

se totum cum omnibus suis donauit nobis, Ro. 8. Vnde de eius bonis possumus gloriari plusquam de nostris, Esa. 40. Cōsolamini popule meus, loquimini ad cor Hierusalem, dimissa est iniquitas eius, suscepit de manu Domini duplicia: fide spiritum sanctum & Christum cum omnibus bonis suis. Talis est nunc rex noster Christus, qualis cum ingrederetur Hierusalem, auspicaturus regnum suum, humilis, mansuetus. Zach. 9. & Matth. 21. Ecce enim rex tuus venit tibi mansuetus, iustus, saluator, plenus compassione, plorans. Videtur enim dolere se olim fuisse terribilem mundo. Olim non audiebatur, nisi iustitia, nunc nisi gratia & misericordia. Ecce nunc (inquit) tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. 2. Corin. 6. Nūc enim manifestata est benignitas saluatoris nostri Dei. Alia regna sunt mortis, peccatorum, bellorum, sed in isto regno contraria omnibus his. Sentimus equidē mortē, sed vincimus ablato aculeo eius, sub qua latet vita nostra. ad Colof. 3. Vincimus hostes qui sumus de regno Christi, mortem, peccatum, infernū, &c. Portæ (inquit) inferi non præualebūt.

sceptrum huius regni est verbum Dei po-
 tentissimum. Rom. 1. Euangelium enim *Rom. 1.*
 potentia Dei est ad salutem omni creden-
 ti, quod nobis affert Christum, & omnia
 nobis necessaria, commoda, cuius fide
 euadimus victores omnium. Ascendit in
 cœlum rex noster, vt regat & impleat om-
 nia, Ephe. 4. Illuminet, protegat, conser- *Ephes. 4.*
 uet, prospiciat à longè, det dona, præser-
 uet ab hostibus, interpellet, mittat seruos
 & operarios secundum tempora, vt bo-
 nus rex respicit omnes nostras molestias,
 iuuat in tēpore opportuno, protegit sub-
 alis suis, Psal. 90. sine tædio vel labore, au- *Psal. 90.*
 dit nostras querelas, cui patēt omnes no-
 stræ cogitationes. Subuenit in necessita-
 tibus, alit in fame, consolatur in tribula-
 tione. 2. Corin. 1. Subleuat oppressos, ar- *2. Cor. 1.*
 rogantes deprimit, Luc. 1. prouidet de bo- *Luc. 1.*
 nis regibus. Hierem. 3. Dabo eis pastores *Hierem. 3.*
 secundū cor meum, prout necessitas Ec-
 clesie exigit: ab hostibus visibilibus & in-
 uisibilib⁹ protegit, per se & angelos suos:
 dat robur, & mittit copias auxiliares se-
 cundum grauitatem bellorum impendē-
 tium. Ipse regnat super nos per verbum,
 & nos per eum super omnes hostes spiri-

DE REGNO

Rom. 8.

Ioan. 11.

Ioan. 7.

Luc. 22.

Matt. 11.

Mat. 24.

Matt. 13. &
25.

tuales? Mittit spiritum qui faciat nos spirituales, doceat omnem veritatē de Christo beneficiis & voluntate eius, faciat nos orare, Rom. 8. consoletur. Ioan. 15. Alium paracletum dabit vobis. Vnde fructus spiritus est, gaudium, pax. Patientia confirmat nos ne deficiamus à regno Christi ad regnum Satanæ, & fiant nouissima peiora prioribus. Dat remissionem peccatorum. Christus enim quod orat, Impetrat. Ioan. 11. Ego scio pater quia semper audis me. Impetrat autem iustitiam, & vitam æternam, & ecclesiæ conseruationē. Pater sancte serua illos. Luc. 22. Rogavi vt nō deficiat fides tua. In omni igitur necessitate oportet confugere ad regem nostrum. Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & 24. Vbicūque fuerit corpus, ibi cōgregabuntur & aquilæ: Nam non derelinquam vos orphanos, non deerunt in hoc regno hæretici & mali vsque ad iudicium, Matt. 13. & 25. Sed ego vobiscum sum vsque ad cōsummationem sæculi: qui etiam mittam vobis spiritum sanctum, vt meum vicarium, qui maneat vobiscum in æternum. Illum regem vt ducem nostrū sequi debemus,

& vita & moribus, cuius regnum hūc inchoatur fide, spe, charitate & spiritu sancto : & consummatur in vita æterna: hoc enim regnum pater instituit, & cōfirmavit suis promissionibus, quod in Christo constitutum est, cui pater dedit, *Psal. 2. Psal. 2.* Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & Ioan. 17. tui erant, & tu eos *Ioan. 17.* mihi dedisti : qui autem est autor huius regni, etiam est conseruator : Christus enim quia rex tuetur suos : Quia autē sacerdos interpellat pro suis. sempiternum enim habet regnum, & sacerdotium.

De differentia regni Christi à regnis huius sæculi. C A P. 33.

INter cætera quæ solent tribui regibus huius mundi, est nobilitas, quæ in aliquibus à Deo est, vt illa Saul & Dauid qui prius erant pastores, alia ab hominibus ob virtutes nobiles, seu notabiles, eorum qui virtute & prudentia rexerunt populum, & fortitudine defenderunt. Alij suis opibus releuarunt inopiam populi. Ex his eligebantur reges, quos prouidentia Dei voluit esse ad conseruationem Rerump.